JURISTISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
Entstehungsort unbestimmt, 1. Hälfte 15. Jh. Seite 170r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35496
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



commissionem citacionem et procuratorium et ad satisfaciendum
termino suo predicto quasdam cartas papireas
videlicet 4 in numero exceptionem infrascriptam continentes
et tenores ibidem in iudicium obtulit et produxit
Ex adverso in. Ioh. procurator et procuratorio nomine partis
sue sibi copias cartarum omnium predictarum decerni
et terminum ad replicandum contra easdem assignari
petiuit. Tandem memoratus dominus preceptus predicto
procuratori copiam dictarum cartarum decreuit fore dandas
et sibi veneris die xx dicti mensis Iunii ad
videndum dictas cartas et ad replicandum contra
eas assignauit pro termino prefixit presentibus a. b. c. ic.
Citra approbacionem iuris dictionis vestre de qua ex
presse protestatur procurator et procuratorio nomine domini h.
plebani talis loci contra reptum seu commissionem
pro parte Ioh. tal' loci plebani ad vos contra prefatum
dominum plebanum R. impetratum et obtentum. Excipit
et obiicit excipiendum. Et dicit quod vigore illius
repti in dicta causa procedere non potestis ex eo
et pro eo quod tacita veritate et expressa falsitate
sit obtentum. Tacuit enim in repto se esse filium
sacerdotis et in sacerdocio genitum et talem peti
uit etiam eo expresso litteras non habuisset. Quare
petit procurator quo supra nomine pronunciari et de
clarari vos ipsius cause non esse iudicem
nec vigore dicte commissionis siue repti
pro parte predicti impetrati. Tu et super presenti
causa vobis aliquam iurisdictionem esse attributam

Tenores vero ex
ceptionem sequuntur per
ordinem et primo prime
exceptionis